

Cicero – Pro Archia Poeta

Narratio (42-89)

Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab eis
artibus quibus aetas puerilis ad humanitatem informari
45 solet se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae
—nam ibi natus est loco nobili—celebri quondam urbe et
copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque
studiis adfluenti, celeriter antecellere omnibus ingeni gloria
coepit. Post in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia sic
50 eius adventus celebrabantur, ut famam ingeni expectatio
hominis, expectationem ipsius adventus admiratioque
superaret.

Birth and boyhood in Antioch

5 Erat Italia tunc plena Graecarum artium ac dis-
ciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius tum
55 colebantur quam nunc eisdem in oppidis, et hic Romae
propter tranquillitatem rei publicae non neglegebantur.
Itaque hunc et Tarentini et Locrenses et Regini et Nea-
politani civitate ceterisque praemiis donarunt; et omnes,
qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque
60 hospitio dignum existimarunt. Hāc tantā celebritate
famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit
Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos,
quorum alter nres ad scribendum maximas, alter cum res
gestas tum etiam studium atque auris adhibere posset.
65 Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset,

His reputation grows
beyond Antioch

Welcomed & given citizen-
ship in 'Magna Graecia'

Comes to Rome; lives with
Lucullus

eum domum suam receperunt. Dedit etiam hoc non solum lumen ingeni ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima favit, eadem esset familiarissima senectuti.

70 **6.** Erat temporibus illis iucundus Q. Metello, illi Numidico, et eius Pio filio, audiebatur a M. Aemilio, vivebat cum Q. Catulo et patre et filio, a L. Crasso colebatur; Lucullos vero et Drusum et Octavios et Catonem et totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine
75 cum teneret, adficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant, qui aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant. Interim satis longo intervallo, cum esset cum M. Lucullo in Sicilia profectus, et cum ex ea provincia cum eodem
80 Lucullo decederet, venit Heracliam. Quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere, ascribe se in eam civitatem voluit; idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit. **7** Data est civitas Silvani lege et Car-
85 bonis: SI QUI FOEDERATIS CIVITATIBUS ASCRIPTI FUissent; SITUM, CUM LEX FEREBATUR, IN ITALIA DOMICILIUM HABUISSENT; ET SI SEXAGINTA DIEBUS APUD PRAETOREM ESSENT PROFESSI." Cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet, professus est apud praetorem Q. Metellum, familiar-
90 issimum suum.

Many important men admire and support him in Rome.

Goes to Sicily with M. Lucullus, then to Heraclea, an ally of Rome.

Receives citizenship there.

Receives citizenship at Rome, under the Lex Papia. (89BC)

Reports to the Praetor (who is a friend) as required.